Quelle:
Copyright:



4. Codex chartaceus (f. a cap. membr.) saec. XV. folior. 248 et fragm. 249. f. $54^a$, $56^b$, 57, $59^a$, $60^a$, $62^a$, $63^a$ scripta manu II, puerili puto, f. $162^b$ – f. $181^a$ manu III., f. $181^b$ – f. $245^a$ manu IV., f. $246^a$ – f. $248^b$ (249) manu V., folia residua manu I. exarata.

Litterarum ductus sunt variis locis gravissimi.

Ligatura antiqua ex corio rubro tabulis ligneis intento. In tegum. ant. legitur:

"Ego F. accepi librum hunc a Rdo. Dno. P. Chrysanth Troß capellano ad ripam prope Linz 1796. Die 6.to Martii ad perp. memor."

Et subter: "Pro Biblioth. alumn. Lincens. 1796." (alia manu.) In tegum. post. habes inscriptionem manu saec. XV.: "Domine Dominus meus quam admirabile est nomen tuum." et manu coaeva registrum latino-germ. librorum 23 var. bibl. fragmentarium. Tegum. sunt laesa.

Cat. Num. III. C. 6. 3. 1655. Codex continet maxima ex parte sermones.

Fol. a cap. (manu saec. XI.) fragmentum continet eleganter scriptum carminis cuiusdam de historia veteris (et novi) testamenti. Tituli litt. sunt parum clarae. Restant 85 versus hexam. binis columnis scripti, sed nonnullis locis versuum initia per acorem sunt diluta.

De auctore cf. Du Moustier: Neustria pia p. 23, 24, 72, 73, 346 et 347 (Migne c. p. l. tom. CL. col. 1189 55.) cf. Jöchers Gelehrtenlexicon, Leipzig 1751. 4. theil. p. 1100 (Theodoricus monachus s. Audoëni.) et Surii acta Sanctorum, opera eiusdem Theodorici. Sequuntur sermones; f. $1^a$ – $3^a$:

1) I. "Dominica prima in adventu domini" Inc.: "Ecce rex tuus venit tibi mansuetus In verbis his consolatur propheta sanctos patres qui diversis tribulationibus afflicti fuerant ante adventum Christi" etc.

Expl.: "Et sic sanguine suo adamantes fregit et delevit peccatum hic potes dicere de cronica."

II. f. $3^a$ – f. $5^a$ "Dominica secunda." Inc.: "Erunt signa in sole et luna et stellis etc. Sanctus Lucas nobis scripbit hodie mira et terribilia omnibus bonis et sanctis." etc.

Expl.: "Exemplum de latrone qui crucifixus est cum domino qui cum nollet intromitti in paradysum ostenso signo crucis intravit Et sic patet tom."